

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Instructio practica ...**

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Prixin

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1676**

Tit. XXV. De Absolutionibus & Benedictionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](#)

V. In Officio Festi trium Lectionum post omnes Psalmos Feriales cum Antiphonis dicitur Versus de Communi Sanctorum, hoc ordine: Feriâ secundi & quintâ Versus primi Nocturni: Feriâ tertiiâ & sextâ Versus secundi Nocturni: Feriâ quartâ Versus tertij Nocturni. o.

o. Qui tamen in singulis Ferijs post Versiculos Ferialiter diligenter notati sunt.

VI. Versus positi in Psalterio ad Laudes & Vesperas semper dicuntur, quando alij proprij non assignantur in Proprio de Tempore.

### TITULUS XXV.

#### *DE ABSOLVTIONIBVS ET BENEDICTIÖNIBVS.*

I. Absolutiones p. & Benedictiones dicuntur per Ordinem in Officio novem Lectionum ante Lectiones, ut in prima Dominica de Adventu ponuntur, scilicet post Versum dicto: *Pater noster. Et ne nos.* dicitur Absolutio & Benedictiones, ut ibi: præterquam in Matutinis tenebrarum q. majoris Hebdomadæ, & in Officio Defunctorum, in quibus Absolutio & Benedictiones non dicuntur.

P. Absolutiones putat vocari Gavantus l. 5. c. 11. n. 1. vel quia absolvitur Nocturnum: vel quia simul cum Oratione præcedenti petimus mundari corda, & corpora nostra ad audiendum Verbum DEI in Lectionibus. Vel, quia, ut Rupertus l. 1. c. 11. putat, rogamus Dominum Messis, ut mittat Operarios in Messem suam, & aperiatur cor nostrum in Lega sua, ne semen, id est, Verbum DEI, quod audituri sumus in Lectionibus, aut volucres, id est, mali Genij, comedant, aut spinæ noxiarum cogitationum suffocent, aut in petra duri cordis, quæ non habet humorem, non crescat: Vel quia in tercia Absolutione, à qua tanquam nobiliori reliquæ denominantur, à vinculis peccatorum absolvi petimus.

Q. Vo-

Q. Vocatur hoc Matutinum *tenebrarum*, eò quòd pridie tenebris jam paulatim ingruentibus cantari soleat.

II. Si fiat Officium trium Lectionum, & sit de Feria, in qua singulæ Lectiones sunt de Scripturâ, Absolutiones & Benedictiones sumuntur ex prima Dominica de Adventu, hoc ordine: Feriâ secundâ & quintâ dicuntur Absolutio & Benedictiones pri- mi Nocturni: Feriâ tertîâ & sextâ secundi Noctur- ni: Feriâ quartâ & Sabbato tertij Nocturni.

III. Si autem singulæ tres Lectiones sunt de Homilia super Evangelium, Absolutio dicitur se- cundùm Ferias; Benedictiones verò dicuntur, ut in tertio Nocturno, scilicet prima Benedictio erit: *Evangelica dicta*: Secunda *Divinum auxilium*: ter- tia *Ad Societatem*. Si sit de Sancto trium Lectionum, Absolutio dicitur secundùm Ferias, ut suprà: Bene- dictiones verò semper dicuntur, ut in tertio Noctur- no, hoc modo: Prima, *Ille nos benedicat*: Secunda, *Cujus, vel, Quorum, vel Quarum Festum colimus*: Tertia *Ad Societatem*.

IV. Quando fit Officium S. MARIAE in Sabba- to, Absolutio & Benedictiones dicuntur, ut haben- tur in ejus Officio parvo circa finem Breviarij.

## T I T U L U S XXVI.

### D E L E C T I O N I B V S.

I. **L**ectiones r. leguntur ad Matutinum dictis Psalmis Nocturnorum cum Antiphonis, Ver- sibus, Absolutionibus quoque, & Benedictioni- bus, ut suprà. In Duplicibus & Semiduplicibus di- cuntur novem Lectiones, id est, in quolibet No- cturno tres: in Ferijs & Festis Simplicibus leguntur tantum tres Lectiones.

Q. Vo-  
Instruct. II.

L

R. Sic